



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Provincia Lvsitania

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68850)

529

# PROVINCIA LUSITANIA



ENSENTVR IN LVSI-  
TANIA, vt breuitatis causa,  
subducatur ratio tantum postero-  
ris anni, socij septemdecim & quin-  
genti. In Domo Professa Olisipo-  
nensi undesexaginta. In Collegio  
vnus & quinquaginta. In Conimbriensi centū octo-  
ginta duo. In Ebovensi vnus & uiginti supra centū.  
In Portuensi septemdecim. In Bracharensi trigin-  
ta. In Brigantino uiginti tres. In Funchalensi tredecim.  
In Angrensi quattuordecim. In Angolana Re-  
sidētia septē. His duobus annis undecim uita functi.  
Eorum iacturā compensauere vnus & septuaginta.

DOMVS. PROFESSA. OLISI-  
ponensis.

**M**ISSI IN INDIAM anno priore cū  
Iaponiorum Principū legatis e Societate no-  
stra vnus & triginta: e quibus sacerdotes duodecim.  
Ex hoc numero Lusitani sedecim, ceteri Hispani, Ita-  
liq. Et Iaponij quidem iuuenes, cum summorum Pon-  
tificum Gregorij Sixtiq. muneribus, tum Italicorum  
etiam Dynastarum comitate & munificentia, leti at-  
que insignes reuenissent, ingenti excepti sunt alacrita-  
te plausuq. Eboræ, Olisipone, Conimbricæ magnā quo-  
que Lusitanorum procerum, Prasulumq. præcipue ue-



ro Alberti Cardinalis humanitatem experire  
 hic gerit in Lusitania Philippi Regis. Itaque et  
 diu hic fuerunt, lautia præbita. discendentes orna-  
 nis, instructiq. comæatu. dati ad hæc auri quatuor  
 mille septingenti. eorum etiam comitibus  
 concessum, vt inter suos quæstuosos honores facerentur.  
 Nostris dati nauigationis causa auri mille  
 quadringenti. Sacrorum Antistes Eborensis præter  
 magni pretij peristromata, varianq. aliam splendidi-  
 lem, & pictas tabulas egregio opere, in quibus  
 rum imagines, mille etiam aureos Japonijs detra-  
 tum det eis Deus cursum, reiq. Christiana salu-  
 Hac Olisipone interea domi forisq. non minui-  
 nue, quam fructuose promouetur. nec contenti  
 sunt populi, qui petant Collegia: vt Scalabum, Al-  
 garbijq. apud quos aliquot e nostris Quatuor  
 commorati: quamquam etiam aliqui Villaniam  
 Catabrigam, semel etiam Turdetaniam, iterum  
 tam (hæc sunt oppidorum nomina) missi. In ip-  
 tem vrbe tredecim in templis, usq. celeberrime  
 buere conciones. Magna hic vis æris alieni ab-  
 nos redijt. summa excedit aureorum millia quatuor  
 decim. Publicum item munus, ex quo percipiunt  
 quotannis aurei quingenti. Actores fabellarum, ve-  
 miq. actores desidia, illicesq. voluptatis, vrbe  
 Duodetriginta concubinatum abiecerunt: duodecim  
 ex ijs cum matrimonio commutarunt. Puellas  
 quarum pudicitia periclitabatur, in tuto locata. Ob-  
 lectitia dote collocata per multa parentibus orbi-  
 fitati, adiutiq. qui in carcere, nosocomijs, virentibus  
 atim-



attinebantur. Nonaginta quattuor e custodia, nostrorum opera educti. Reducti ex intestinis odijs in mutuam gratiam octo. Pater filij mortem, mulier viri, interfectores remiserunt. Domus Catechumenorum Serenissimi Philippi Regis liberalitate dudum instituta, felicem progressum habet. Viginti a Maumetana superstitione in Christianam religionem per Baptismi ianuam ingressi. atque in his nobilis toparcha vnus. Iudæus præterea vnus in sacris litteris ap-prime versatus, qui Marrocho huc venerat, vxore, filijs, opibusq. quibus abundabat, Christi causa relictis. Ad adificationem domus mille aurei: ad structuram templi mille, & quadringenti: ad fabricandam sacre Crucis thecam, & ad ornatum tabernaculi octingenti septuaginta collati. Sollemnis dies Beato Roccho sacer magna frequentia pompaq. celebratus, procurante Sodalitio, quod eum sibi tutelarem habet. Oblatum ab eodem brachium argenteum præclaro artificio, non uè pondo: in quo cõditæ aliquot Beati Viri reliquie. Latebat iam dudum in vrbe talium malorum capace domus scelerum omnium furtorumq. receptrix. ibi nefaria constabantur consilia, flagitiaq. cudebantur: falsa signa, delationes, criminationes, periuria ex eadem officina prodibãt. multos mortalium ea Charybdis absorpsit: et qui pauere debuissent, alios terrebãt. Sed, non diu impunitum est malum. Exhausta est tandem Deo volente ea vrbis sentina: comprehensiq. architecti scelerum, postquam nullum erat mendacio preuiũ, admonitu nostri sacerdotis, veris testimonijs refellerunt periuria sua: qua palinodia liberati inno-



centes multi: virq. in primis nobilis, nefandi criminis infimulatus, horrendo ignis supplicio, turbi infamiae ereptus. Deiecta euerfaq. hac demonia alia noſtrorum opera excitata eſt illi aduerſa, ad hanc enim pudicitiam muliercularum, quas vocant Conuerſas, Sodalitas inſtituta: in quam, ante conuerſionem Sereniſſimus Albertus Cardinalis non deſideravit exemplū nonnulli viri nobilitate & auctoritate principes ſecuti. Eleemoſynæ in commune cōtributa, nobis non modo ad victum neceſſaria emerentia, ſed inſtruerentur ædes per amplæ in opportuno viculo: addereturq. templum, ubi ab ijs Res Diuinae ſermones audiantur. Perſcriptæ iſdem leges, quibus ageretur pœnitentia præteriti temporis, & mitteretur culpa in futurum. Multæ ex ijs quaſi nonnulli moribus, cum honeſtis viris in matrimonio iuncti aliquot in patriam non longe Oliſipone diſtantes quod id earum ſaluti & honeſtati videbatur ſuauententius, amandatæ. Inuentum haud dubie multarum animarum, famamq. inſigne. Raptorum ſentibus adoleſcentulam arctæ cuſtodia raptorum ſeruat, atque ad occultandum ſcelus, ſe patrem, & matrem a pellice matrem appellari iubebat: hæc tandem ſtri ſacerdotis opera e luſtro libidinum ad pudicitiam caſtra perfugit. Altera, ætate iuxta florens et forma quam impura mater prostituēbat, ſic vt multis eſſet exitij, cum ad viſendam celebritatem Caſarum nec opinans eſſet perducta, percuſſa primo timore pœnæ diuinitus iniecto, tum amore pudicitie capta, poſtremo emendatiore vite genus amplectitur.



est. Atque hæc quidem emerferunt e cæno turpitudinis. Una autem virgo, quæ nostris frequenter confitebatur, ostendit esse sibi castimoniam pulchritudinem vitæ cariorem. Hanc perditus perditæ deperibat adolescens. captata occasione in eius conclauē armatus irrupit: solam forte inuenerat: amorē fatetur, orat, miscet precibus dona: in omnem partem versat puellæ animū: quam ubi obstinatā videt, ferrum e latere deripit, elatumq. defert in pudicū pectus: additq. minaciter: Hoc ego aut vitā tibi extorquebo, aut assensum. Mori mihi, inquit illa, millies præstat simulq. cū implorasset opem castissimæ Virginis, sexum audacia mutauit: importunum latronem domo exigit, ictum amore, furore, & (pœna diuinitus inflicta) ferro: per summos cruciatus se mori vociferantem. Non multos post dies, sanato utcumque vulnere, non autē morbo, quam uehementer ulciscatur Deus expugnatores pudicitiae, malo coactus didicit ipse, et suo alios docuit exemplo. Cum enim ad virginem iterum perrepsisset, & aduersus aspernantem preces, adiecisset minas, eaq. iterum propitiam sibi Dei Matrem clarissima uoce inuocasset: ecce tibi, nouo memorabiliq. prodigio, iuuenis grauissime uulneratus, oculisq. caligine offusa, e cubiculo pedem effert: moxq. necessarijs Sacramentorum subsidijs destitutus, repentina morte temeritatem luit. Sed iam lætiora videamus. Vix dici potest quantum omnium afficiat animos doctrina institutioq. puerilis: quod opus non Olisipone tantū, sed in toto etiā Regno nō mediocriter feruet. Ergo bene magni puerorum greges in suas diuisi



classes, præferent: esq. uexilla, vias expleant: dicitur  
 dines abecedarij totius vr̄bis magistr̄i: ad hunc  
 aggregantur Aethiopes, qui magno olim labore  
 cati, iam nunc turmatim conuolant cum suis  
 horum Indi æmulati pietatem, sub signis quorū  
 spiciuntur. sequitur continens egmen virorum  
 mulierum. Ingenuorum inter seruitiorūq. ma-  
 na, diuersi audiuntur chori: et Diuini laudibꝫ  
 uissimāq. symphonia omnia personāt. His allelu-  
 bus plebs numerosissima obsidet compita, uociferā  
 effunditur in fenestras. Præbet iucundum in-  
 nia spectaculum sacerdos noster, vir & atq. con-  
 cionandi munere. & litterarum cognitiōe in-  
 quem eo in munere suspiciunt paruis cum uocem  
 dulate cōcinentem: quos ubi instituit in tem-  
 tationemq. habuit ad populum frequentem, uo-  
 septus virorum comitatu, recta in carcerem, in  
 nosocomia contendit: coactisq. multorum, cum  
 tis eleemosynis, tum egros, tum uinctos præcipue  
 ficit ad quadringentos: quamquam e custodia  
 publica nostrorum auxilijs educti quattuor et  
 ginta. Atque hæc diebus festis. Professus namq.  
 partim turbam nauticam in triremibus, partim  
 dicos, ubi Sodalitas Misericordie eiusdem eroga-  
 pem, partim infinitam baiulorum calonūq. uo-  
 uiem in portu foroq. rudimentis imbuit Christi-



## COLLEGIUM. OLISIPONENSE

**C**ERTAT AUDITORYM obseruantia  
 & amor in magistros, cum eorum studio in  
 virtute litterisq. tradendis. mille & octingenti cen-  
 sentur. e quibus priore anno septem in nostrum coop-  
 tati ordinem: multo plures in alios diuersos. Ceterum  
 qui sunt e Sodalitio Beatae Virginis, in omnibus ex-  
 cellunt. In iuuenum porro commoda ita incumbunt  
 nostri, vt eorum etiam parentibus, externisq. opis  
 aliquid ferant. est enim is Olisiponensium portus,  
 vt in eum confluant nautae vectoresq. ex Europa vni-  
 uersa: in quorum salutem nostri adlaborarunt. Ex  
 Hibernis praesertim Anglisq. plures quadraginta  
 quinque, qui Catholicam ignorabāt fidem, vel potius  
 neglexerāt, & veritatis lucem aspexerunt, & totius  
 vitae maculas confessione expiarunt: ac paulo post,  
 eorum vnus in hanc seruatus felicitatem, diem obiit  
 extremum: reliqui ita animati discesserunt in patriā,  
 vt se in Romanae Ecclesiae perseueraturos obedientia,  
 vel cum vitae iactura, sponderint. Vnus, qui Chri-  
 stianam perosus religionem, vt iudaizaret huc vene-  
 rat (vbi Iudaeis permittitur, vt utantur legibus suis)  
 e congressu cum uno quodam e nostris mentem ad sa-  
 niora conuertit. Audaculus quidam adolescens, no-  
 bili natus genere, cum inter aequales ortus esset ser-  
 mo de seueritate, vt loquebantur, nostrorum in con-  
 fessionibus audiendis, iuuenili prorsus licentia, spon-  
 sione ceteros lacesiuit, ni aut libellum eriperet sa-



cerdoti confessionis indicem, aut vitam, ita con-  
 tus venit ad templum: adit sacerdotem: acciden-  
 genua os concurrat, rubore suffunditur, paulatim  
 bascit ferocia, excussum dein consilium potius, quod  
 attulerat. Quid multa? obruit lacrimis unam ca-  
 rem mentis: vereq. & ex animo confessus, quod ipse  
 retulit amicis suis) qui venerat ut alios capere, re-  
 prius est. Capite damnatus obstinauerat cum vire  
 re animam perdere, diffitans, ad tam ignominiosam  
 mortis genus nullam accessionem fieri posse niteri.  
 ergo e carcere exierat, ducebatur ad supplicium, o-  
 hilq. erat propius, quā ut collū infereret in ianua  
 cum sacerdotis, qui eum comitabatur, percontans  
 victa contumacia est: et qui iamiamq. erro-  
 rus, praterita peccata confessione purgatus, quae  
 pronuntianda erat in quosdam sententia, quae  
 perfidiae conuicti, eo die concionem habuit ymo-  
 stris, ea grauitate & copia, ut omnium, qui illi  
 officij causa, vel spectaculi concurrerāt, expectati-  
 ni satisfecerit, quamquam nō a ciuibus solis videretur:  
 tur: ab oppidanis etiam vicinis, ut concionibus po-  
 lum ad pietatem inflamment. Multiplex festi-  
 aris, quattuor scilicet aureorum millium, restituta  
 Sedat & muliorum discordiae: et capitale duorum  
 quod nec sopiri videbatur posse, sacerdotis nostri  
 nitus & prudentia restinctum. Alius item, qui  
 a nobis animo alieniore, cum periculosam contumeliam  
 set agritudinem, sacerdotem vnum e nostris accu-  
 nit, eademq. peccata confessus, nobiscum, & qui  
 put est, cum Deo redijt in gratiam.



COLLEGIVM. CONIMBRI-  
cense.

**C**UM CONIMBRICENSI Collegio  
coniunctum est Domicilium Nouitiorum : de  
quorum muneribus recte impletis atque ordine, sa-  
tius est vos existimare, quam me dicere, quod nemini  
est incompertum. Spectata est aliquorum constantia  
in ingressu eorum, oppugnantibus domesticis, quos  
Veritas inimicos hominis appellat. Sed vnus præci-  
pue: quod tacitus non prætereo, vt de alijs similiter  
coniecturam facere possitis. Ante annos tres præ-  
diuitum parentum vnus filius Societati nomen de-  
dit. quam illi rem tam dure acceperunt, vt vbi hoc  
audierunt, non aliter doluerint, quam si funere ela-  
tus esset. Mortem scilicet putabant initium vitæ.  
Non destiterunt postea per internuntios, quos libe-  
rali pecunia excitant, sollicitare adolescentem, atque  
allicere ad defectionem. At ille supra ætatem animam  
gerebat, confusus Deo. Eius interea pater pollens po-  
tentia atque opibus, dolore accensus, qui rem co-  
git extollere, exprimit Roma litteras, quibus po-  
restas dabatur Olisipone, arbitro, vt de facto iudi-  
caret. Nihil hoc nuntio incundius parentibus. Oli-  
siponem aduolant, iam spe concipientes victoriam:  
quæ vt esset facilior, adhibito interprete Dynasta  
quodam Illustrissimo, Iudicem sibi in causa, vt ipsi di-  
cebant, vsque adeo æqua (plerumque enim de rebus  
ita iudicamus, vt sumus animo affecti) conciliare nitun-  
tur. Ad examē noster accitur: ac ne quod socijs esset

CUM



cū eo colloquium, ne ve cōmunicatio consilij, sep-  
 tim quodā in Cænobio per aliquot dies retinetur  
 cedit abiter vultu pacato et trāquillo. aduentus hoc  
 dedit principium. Te e Societatis vinculis liberare  
 velis, abire permitto. Ego vero, Tyro inquit, pro-  
 tus modestiæ suæ cōsentanea, istā tibi gratiā remane-  
 neque ea utar: neque vincula dixerim ea, que or-  
 lente subeuntur. Tum Iudex. Parentes tui, tui des-  
 runt desiderio: ac sine te viam sibi esse infa-  
 putant: teq. alloqui concupiscunt. Parentum mē-  
 rerū omnium loco vna est Societas IESV, quam sibi  
 te expetui: hanc mihi adimet nemo. Commutate  
 voce ac facie arbiter, menteq. commotus: Etiam  
 humanitatem omnem ac naturam exiisti, vt par-  
 amorem abijcias? Crudelitas ista est. Nihil in-  
 turbatus adolescens. At Beatus eam Hieronymus  
 pietatem esse affirmat. Excipit Iudex. Memori  
 decem Dei præceptis quartum esse ordine illud, quod  
 patrem et matrem venerari iubemur. Recordor eius  
 respondit alter, Dominicam esse vocem: Qui dicit  
 patrem, aut matrem plusquam me, nō est me dignus.  
 Ceterum, ne sis nescius, affirmo hoc tibi, ita mihi cor-  
 di esse Societatem IESV, vt eius nomen scriptum  
 habeam in animo, quod ne ipsa quidem mors aboleri  
 possit. Quietus hic siluit Iudex. Tum vero alter, quod  
 qui dimicationi intererat, quasi succēturiatus, vt hoc  
 bitu quidem, auoq. venerabilis, cum Societatis insti-  
 tutum orsus esset extenuare, & carpere dicendo, ni-  
 hil egit. prudens enim adolescens parui faciens, ma-  
 strepitum verborum, fregit hominem patientia. Te-  
 dem



dem Iudex porrigit iuueni in manus epistolam a parentibus, ita beneuole scriptam, ac delensicam, ut ea si legeretur a filio, fuisset telum acerrimum. Sed eam Deus adolescenti iniecit mentem, ut diceret sibi fas non esse legere litteras, nisi Superiorum permisso. mox eam dedit Patri Prouinciali. Ab hisce inijs ita seueris reliqua fuere mitiora. iterum enim ac tertio cum eo Iudex congressus, ubi uidit animum inexpugnabilem, admirans iuuenis in proposito constantiam, amansq; eiusdem in sermone modestiam, collaudato denique, atque ad maiora incitato, humanissima oratione fecit redeundi potestatem. Deiecti hac tam certa spe ac destinatione sua parentes, animis conciderunt. vim tamen parat pater, quam iuuenis consilio effugit: mater lacrimas, quas sermone coercuit. Venit etiam bis in eorum colloquium, & apud Iudicem, et domi nostra: nihil omissum ad eum labefactandum: ostentata res, spes, atatis teneritudo, opum abundantia. adiuuabat amita non tantum lacrimis, quas uidebat fluere inutiles, sed etiam pollicitationibus. decem millia aureorū offerebat: eam imponebat hamo escam, quam existimaret a pisciculo appetendam. At placidus ille ore, & intrepidus verbis, maioribus cogitationibus impleuerat pectus: persuasit denique omnibus, ut per eos sibi sequi Deum liceret: neue obisterent Spiritui Sancto. Confirmet hoc Deus, quod operatus est in illo, suppeditetq; omnibus perseuerantiam, ut principio similis exitus reperiatur. Admissi anno priore in Societatem e Conimbricensi Academia quinque: e quibus duo ad eam sibi spiriualium exercitationum



citationum ope viam aperuerunt: quamquam & p  
 ter hos, duodeviginti sunt iisdem commentationibus  
 exculti: et ex ijs nonnulli in alias religionum fami  
 lias adscripti. Magna est enim superioris Academiae  
 & eorum, qui sunt e nostro Gymnasio pietas: quam  
 vel corporis castigatione testantur, cum bis tunc  
 singulis hebdomadis nostrum in Collegium itant, q  
 se certis in recessibus acerrime verberibus calen  
 Ex ijs, qui ad nos ventitant, erat vnus, qui horribili  
 spectro deterrebat a peccatis cōstentis: qui con  
 fateri constitisset aliquando, detrusus est in praecipitium,  
 unde multorum auxilio extractus, de magisterio  
 consilio, sanctis se communijs reliquijs, & clauis  
 fessione maculas, demonum terriculis liberatus:  
 & fuerunt alia in hac vrbe lucra animarū, e quibus  
 hac pauca seligentur. Virgo, quae Cœnobitica vitijs  
 diu maiore cupiditate appetebat, quam speculati  
 ua dote voti compos effecta, reconciliata inter p  
 mos amicitia: diremptaq. lis inter duos intricata  
 vetus, duorum millium aureorum hostimento: ad  
 item duo millia male comparata, bene expesa. Trium  
 hominum caedes prohibita. Elaboratum cum filio, vt  
 rediret in gratiam cum patre, quam disiunxerat  
 tigiōsa amor pecuniae: effectumq. vt quae incitamenta  
 primum erant apud infensos irarum, apud concordes  
 deinde essent vincula caritatis. Pater quidam, quoniam  
 ex interfecto filio iniuriam acceperat, pie ignoscens  
 quā iuste persequi maluit. Non intermititur salu  
 ris professio Christiana doctrina. inuitat ad hoc die  
 bus festis pompa pulcherrima cum tripartita cano



rum modulatione, maximaq. frequentia: octingenti enim pueri, non raro etiam nongenti numerantur. Hæc domi. Restat dicamus, si qua foris gesta. excurritur enim de more a nostris alio atque alio, cum ab incolis vocantur. nec sine effectu. In duobus pagis re-integrata amicitia inter plurimos: erepti e manibus aliquorum gladij, qui stringebantur ad eadem inimicorum: quattuor mors hominum alioqui erat consecutura. In alio, duo, quorum alteri carcer propter cõtractum as alienum in vicem fidei cesserat, alteri in pœnæ, propter illatam iniuriam, liberati: iniuria scilicet remissa: pecunia vero partim condonata, partim soluta. Maioris ieiunij diebus rogatu Serenissimi Cardinalis Alberti missi quattuor e nostris in oppida eius ditionis duo. a quibus qui esset futurus fructus, præstignificasse videtur effusa oppidanorum lætitia, qua exceperere venientes. Tanta quippe facta morum mutatio, vt ipsi se admirentur, cum in iisdem corporibus non eosdem animos agnoscant. Christianam doctrinã interdum pueri, noctu rustici, pecuarij q. edocti. confidentium incredibilis & numerus, & fructus. mane mulieres, pomeridie ad summã vsque noctem viri audiebantur. reducti in gratiam qui inter se dissidebant fere omnes, eorum voluntate: cum auditis persæpe concionibus alteri conuenirent alteros, petentes ueniam & dantes mutuis amplexibus. Igeditanus Episcopus, cum primo suam diocesim lustraturus esset, summis precibus tres, sacerdotes duos, communẽq. socium obtinuit e nostris, quos haberet comites itinervis ac muneris sui: existimabat enim, id quod fuit, multa

multa



multa per eos vtilia manatura in eum agrum, quoniam  
 cultior ante ac desertior fuisset. ergo per purgatum  
 le primum, dein confitus diligenter pacificati circiter  
 centum: conglutinata pax in oppido, quod inest  
 odia distraxerant: occursum cadibus tribus de per  
 tratam eadem uni pœna culpaque remissa. nec Latium  
 tantum consultum, sed adiuti vicissim sacerdotes, vir  
 tumaces, ac religiosi praefracti. pauperes quinquaginta  
 ditiorum liberalitate vestiti. Quaedam mulier non  
 dudum patefecerat domum suam amatoris cupiditate  
 ti: pertœsa deinde infamia, & sceleris, ut mutaret  
 tam, mutat & domum. adest instigator libidine: hat  
 illum, ut faceffat monet: cum instaret obfirmatus  
 odio importunitatis, hominẽ ab se abigit alacritate  
 sa. cuius cum clarior sonus domesticos aduerfus  
 cessit impudicus duplici perfusus pudore, & im  
 natus, et plagæ acceptæ: facitque nunc idem, quod pri  
 tor: Ictus sapit. Falsa nonnulli crimina in alios firm  
 rant, in verum damnium itura: nostris deinde egre  
 bus retexuerunt calumniam, ne immerentibus  
 obsessent. Erat in Igeditana vrbe Sodalitium Beati  
 cobo sacrum, sed iam, sodalium discordia ac negligetia,  
 pane dilapsum: nunc suafu nostrorum, datus  
 Episcopo ac nobilitate nominibus, ita restitutum, ut  
 statum presentem superior casus illustret. Nec ali  
 simili ratione instaurata sacerdotum Sodalitas, quæ  
 propter priuatas aliquorum similtates vix  
 bat. Adiuti qui erant vincti, auditiq. confite  
 tes. Hi vero cum iamdiu Rem Diuinam non  
 discent, ipso Deiparæ Assumptæ die, cum instrum  
 esset



esset carcer belluatis tapetibus, sacro interfuerunt: ubi & Dominico primum Corpore, deinde prandio, ex Episcopi humanitate, refecti: quae res ita accepta fuit ciuibus, ut sibi a lacrimis nemo temperavit. Neque vero omitti hoc loco debet, quod sub initium cuiusque mensis nobilitas ad Episcopium cōfluebat: eoq. loco suum quisque sortiebatur diem, & litum alicui consecratum, quem sollemni colebat ritu, purganda conscientia, alendisq. pauperibus. Puerorum autem Catechismo ita delectatus est Praesul, ut non alienum duceret dignitate sua, eorum interesse disputationibus, quos & premijs allecabat. quin etiam stipendium annuum magistro decreuit. In hac diœcesi semestre spatium a nostris collocatum. Diœcesis etiam Visensis obita semel atque iterum: de qua hoc dixerim tantum. In manus sacerdotis nostri datum ab Episcopo libellum, eorum indicem, qui inter se odia exercebāt: qui omnes, Diuini concessu Numinis, mutua reconciliatiōe placati.

#### EBORENSE. COLLEGIVM

**E**BORÆ magnus erga nos ciuium amor, quē non vulgari significatione testantur. Sollemnem susceperant tres e nostris Tyronibus per grinationem. Villauicosam forte veniunt, ubi moratur Brigantini Ducis mater, femina antiqui prorsus exēpli, emendicare stipem incipiunt ostiatim. Hoc illa ubi rescit, accitos ad se, liberaliter tractat, eorumq. modestia & amore paupertatis delectata, postridie dato uiatico



viatico dimittit. Non minorem ostendit caritatem frater Dynastæ A l u i t e n s i s , quam grata quadam simulatione condidit. Cum enim in eos incidisset cibum queritantes, statimque qui essent, agnosisset, nihil similis: Quid vos, inquit, ista aetate & corporis habitudine, vagam vitam atque inopem persequimini? Tum ad suos conuersus: Ducite istos domum, ut quod nos hac nocte custodiatur: cras faxo, ut omnem redam facti rationem. Et abducuntur quidem, sed in eorum ornatam, atque instructam: quibus vir ille perinde pietate ac nobilitate præcellens, ministravit ad mensam, voluptate incredibili: quam declaravit literis ad Patrem Rectorem datis, orans, ut simili lapsum dignaretur beneficio. Qui nostros magistros habentem urbem, hunc fructum doctrinarum cum pietatis laude coniungunt. Excitati minores præmijs & celebritate actionis, quod quidem fuerat iam diu intermissum, nec publicæ defuerunt concertationes a maioribus, qui Philosophiæ operam, aut Theologiæ dabant: et ex ijs laurea donati rite nonnulli. vnaqueque de classis Philosophorum, datis symbolis, conuiuio apparuit, spectabilique per urbem pompa importauit in custodiam, ad pauperes sustentandos. Horum exemplo prouocata ciuium nobilitas, ut iidem destersis primum animi maculis, cælesti accumberent conuiuio, lauto deinde exciperentur prædiorum in carcere conuestito peristromatis, non semel curauit. etsi hoc officium proprium magis videtur classium reliquorum: quæ, suam quæque vicem, in septimanas singulas, magnam ciborum copiam his deferunt, qui in viciis



culis habentur. Eidem generi hominum e discipulo-  
rum numero vnus, cum suam ad eorum causas expli-  
candas operam obtulisset, auctor fuit, vt sollemni il-  
lo, & sacro quadragenorum ieiunio dierum, quotidie  
cereos, quos ipse dabat, accensos manu tenentes, in-  
teressent Litanijs, qua in carcere, idem, Symphonia-  
cis adhibitis, vt canerentur effecerat. Alius item  
honesto natus loco erat, qui cum magnam vim pan-  
ni linei coemisset, ex eo suis manibus, animi ac pieta-  
tis causa consuto, feriatis diebus culcitas faciebat,  
vt in pauperes egenosq. diuiderentur. Nec vero hoc  
praetermittendum de nostris discipulis: quod in tria  
tributi urbis templa, praelibantes primum aliquid e  
pro libro, quam longa est hora, quotidie precationi  
vacant. Cuiusmodi rerum fructus a Sodalitio est po-  
tissimum Beatissimae Virginis, quod videtur instau-  
ratum beneficio Pontificiarum litterarum piacula-  
rium: quas summa sodales laetitia & gratulatione pu-  
blice acceperunt. Nepe. qua vnus diei decernenda  
supplicatione: qua sollemni pompa ducenda: qua sacra  
efferenda Deiparae effigie, per urbem varijs ornatam  
aris, scenisq. distinctam (quibus eiusdem Virginis re-  
ferebantur argumenta, magna cum laude adolescen-  
tium, qui eas partes actitabant) qua denique atten-  
tissime audienda laudatione Matris, qua est ab omni  
laude felicissima: praese tulerunt, vix quicquam tali  
gratius munere eorum animis accidere potuisse. quas  
ob res tantus pietatis ardor reliquis iniectus iuue-  
nibus, vt eorum nemo esset, quin optaret vehemen-  
ter in Sodalitate admitti. cooptati lectissimus quis-

M m que



que. ex hoc iuuenum cœtu vnus, religionis veritate  
 suarum parte adium exclusit quod satis esset quod  
 Sacello: quem in locum bis singulis hebdomadis con-  
 ueniunt plures, vt pijs lectionibus sacrisq. sermo-  
 bus tempus vtiliter terant. ad has exercitationes ad-  
 dunt sexta quaque feria Litanias Beatae Virginis et  
 corporis diuerberationem. Reliqua Societatis memo-  
 ra in proximis iuuandis de more præstita. satis erit  
 cita attingere. Vir erat quidam sacerdotio præ-  
 tus, vultus compositione & morum, virtutis spe-  
 ciem ostentans: his potissimum artibus inreple-  
 rat in familiaritatem matrona nobilis, qua ad  
 venire confessionis causa solebat. Hanc ille tandem  
 aliquando, nactus, vti videbatur, tempus idoneum mo-  
 quitia sua, seu, quod ad illum vsque diem inuicem con-  
 filium pia dissimulatione texisset, deposita prælo-  
 pellitice incesto sermone est conatus. cum aperire-  
 tur flagitium aures, minis territare. ferroq. inuicem  
 iam enim animus ad speratum facinus cæcus conuul-  
 rapiebatur. Hic mulier virili spiritu, elata vocem  
 rum intonat. Quæ te furie agitant uirorū turpitudi-  
 Hæcine simulata pietas? tu dignus nomine sacro  
 tis? tu Virginis Filium tam spurco ore quoties  
 hinc scelus cum isto cogitato flagitio. ad ad legem  
 miser, & peccati remedium confessione quæ  
 uerborum fulmine fracta est impudētis audacia.  
 mulier altera improba, & ad extremum per-  
 quinque iam erat & quadraginta annos in  
 flagitiorum cæno uolutata. ad turpitudinem  
 addiderat pactam malo demoni seruitutem. hanc  
 exerci-



exercebat iugo durissimo, itaq. opprimebat, vt cum paterent oculi, aures ad omnia, nec consecratam intue-  
ri Hostiam, nec verba Ecclesiastæ audire ullo modo posset. Sed non abiecerat illius curam qui eam condi-  
derat, tamq. larga mercede redemerat Deus. adstite-  
rat illa mendico morienti, eiq. se liberalem ac sedulã præstiterat tempore extremo. paucis post diebus con-  
spicere visa defuncti imaginem, atque hæc verba au-  
dire. Eleemosynas tuas attuli ad conspectũ Dei, eiusq. exoravi clementiam, vt pro ijs tibi gratia referretur.  
Ipsius nunc permissu ad te venio, salutare. dans consi-  
lium, vt peccata tua apud illum sacerdotem confes-  
sione eluas: illum sacerdotem cum dicebat, certas adiungebat notas, quibus vnum e nostris volebat in-  
telligi. cum autẽ ea verba aure magis, quã animo ac-  
ciperetur, vox iterum ac tertio de celo missa est, quæ illi non modo spem uenia, sed etiam viã ostendit. Pax  
inter duos composita ingenti cum plausu fructuq. ci-  
uitatis. eorum enim alioqui auctoritate vrbs videba-  
tur in duas veluti factiones, & ad arma fortassis ac-  
cædem itura. Ad fidem desertores quattuor reducti.  
In distantes inter se pagos missi e nostris quattuor,  
frugiferi fuerunt. bini videlicet ad Pacem Iuliam,  
& ad Orichium agrum. Hic, inter alia, trium aureo-  
rum millium restitutio facta. In Pacensi colonia Soda-  
litium institutum sub patrocinio Mariæ Virginis. in  
hoc, vno die adscripti quingenti. excitauit eorum stu-  
dium res quædam, quæ videtur non absimilis fuisse  
miraculo. Ex illorum numero iacebat vnus agrotus  
iam desperata a Medicis valetudine: inuisitur ex insti-



tuto a sodalibus: postridie fit Sacrum pro eius  
 mirum dictu, leuari primum visus ager, mox  
 omnino conualuit. Quodam in oppido familia  
 ter quas triginta spatio annorum mutua ex  
 odia, illis resinctis, reconciliata. Puella quop  
 qua cum per uim paterna domo esset abducta, u  
 pariter ac pudicitiae metuebat periculum, in tunc  
 ducta sedes tantisper, dum dos illi & maritus qua  
 tur, ut honeste collocetur. In alio, concionatoru  
 finctu ita commota est nobilitas ad sustentand  
 perum inopiam, ut in carcerem illis, quod parua  
 prandium, accurrente & stupente ad spectand  
 plebe, uiri primarij suis humeris detulerint. Pro  
 cia quoque Algarbiensis lustrata est maior fructu  
 quam pro tempore: trimestre hoc fuit: iller  
 mensus. Subijcietur haec, causa exempli. In pogo  
 da non ignobili neque curio erat, neque sacerdos  
 no ullus ita & morientes, & nascentes Sacra  
 torum administro carebant. Huc cum venisset  
 tamquam de caelo delapsus, necessaria omnib  
 tis subsidia attulit. Anglus quidam, quod pira  
 faceret, damnatus capitis, antequam plesteretur  
 resim eiurauit. Finis impositus odys, dissidui  
 torum. ex his pauca seponamus licet. Sodales  
 appellant Misericordiae, cum Clero contendebat  
 loci dignitate: sic ut plerumque illis discordant  
 mortuorum corpora carerent honore funeris. In  
 res duo e mutuis inter se altercationibus iras  
 retulerant. Dissertanti sacerdoti ad populum  
 dam excederant veluti semina inimicitiarum.



hostis loco filium habebat. Nimirū hac omnia unius  
e nostris dexteritate composita detumuerunt. Scele-  
ra auditu etiam fœda, radicitus euulsa. Muliercula,  
cuius consuetudo multorum fuerat fama & rei dam-  
nosa, mutato consilio dat operam, vt quantum prius  
impudicitia erat exemplum, tātum nunc pudoris spe-  
cimen & castitatis habeatur. Maiorem partem Pro-  
uincia percursauit sacerdos: quā resituit deprauatā,  
& correxit distortam: vt quo laxior fuerat Christia-  
na disciplina, eo iam sit laus maior allari subsidij. Sed  
vt ad virtutem inflecteretur asperum quoddam &  
difficile hominum genus, Diuino prorsus auxilio factū  
videtur. Quod quidem vt visu fuit miserabile, ita  
erit, credo, auditu mirabile. Lule oppidum est in  
Algarbiensi Prouincia in primis frequens ac nobi-  
le, in dorso editissimi montis, duodecim passuum  
millibus ab Atlantico mari. Anno igitur huius sæ-  
culi octogesimo septimo, Nono Kalendas Nouem-  
bres die Sabbathi atra quaedam nubes & densa e  
littore se intendit, atque in sublime elata eam par-  
tem operit montis, in qua directis quibusdā vijs per-  
multæ sunt ades non valde ab oppido disiunctæ. subur-  
bium vocant, paulisper hic primum consistit, vel con-  
ditas laceffens iras, vel subiectis ostentans. tum va-  
lido sollicitata vento, effusum imbrem, quo nullum ma-  
iorē illis locis memorant fuisse, cum sonitu dedit. tres  
horas desēuit tēpestas: quæ etsi retardata primum  
hortorū aggeribus, in quos collecta inciderat aqua:  
tamen non ita post, immenso auctu, moleq. ingenti  
per stragem obstantis aggeris adiacentibus superfun-

M m 3 ditur.



ditur. octoginta domos a fundamentis euerit, cuius  
 quasauit ducentas, multos mortalium rapuit ego  
 nullo discrimine. Oppidani enim tam ancipiti perni-  
 ti malo, moliri primo aliquid: omnia cum vinceret  
 pestis, incerti animis, fessis corporibus, consiliis, seu  
 impares erant, euentui reseruare. ex quo etiam inter-  
 cunctationem aliqui lateribus circumuenti, pari vi-  
 lentia feruntur. Tenebrae interea conduplicari, cum  
 tonitru cōtremiscere, micare ignes, et glomerari con-  
 inter fragores, quos feminarum vlulatus, puerorum  
 gemitus (quorum partim morantur, partim festinantes  
 omnes se mutuo impediunt) faciebant magis horren-  
 dos. Visa etiam, aut ex metu credit, ut nonnulli  
 xerūt, obequitantes humana specie umbrae per-  
 gites subiectos. ita capti auribus, oculisq. mem-  
 nes torpere. Mox videre erat aliquos, modo quie-  
 re, modo ore tenus extantes, ad postremum fen-  
 etibus absorptos. Augebant terrorem, fugam, re-  
 pediebant, disiecti passim parietes adium cum pos-  
 sto instrumento, cunctaq. supellectili, saxorum eg-  
 na, miseranda domorum cadauera vno agmine ruc-  
 tantia, quorum incursum impulsuq. multi homines co-  
 triti membris, vel mulcato corpore. Hac enim dan-  
 na post trium horarum noctem, lux, ubi conferentia  
 calum, merentibus ostendit. Neque tamen, hac in-  
 ter, nullus radius Beatæ Virginis affulsit. Alutarius  
 erat cum vxore, & liberis quinque pane infantibus.  
 Habebat in edibus imaginem Dei Parentis, quam  
 religiose colebat. Rosarium huic proximum ad parie-  
 tem e clauo appensum. ad hanc Sabbathis lucernam

accen-



accendebat. Ad commune periculum, cum vicinis, ut inundationem prohibeat via, salutata prius Virgine, domo exit, reliqua familia relicta. Dum operi iustatur, comites amne obriuntur, immotus ipse in eodem haeret vestigio: quin & puerum, qui ferebatur versice, manu prehensum impuit in humeros. At tu, inquit, qua es aetate innocen. ac simplex, ut nos liberet, Dei Matrem comprecatur. Hæc fatus, ne fluctibus intercluderetur affluentibus, ad integræ cuiusdam domus limen euadens, cum serato puero sterit incolumis. At domi eius, res maior erat in periculo: ingressis aquis, quæ officinam omnium exhaurerant, cupis, arcis, ac ceteris utensilibus cæcis, omnia occupabantur: filijs tantum matriq. parcitur, qui ante tutelarem effigiem humi strati, in preces fundebantur. Nec defuere, quibus post tempestate abscissum, & lichnuchus pensilis accenso igne intacta imbribus tabula, & incolumis familia miculo fuit: cum præcipue adhuc vda notarètur superfusi fluminis indicia. Obuersabatur fere in oculis memoria cladis, cum sacerdos noster in preparatis recenti castigatione animis timorem Diuini Numinis impressit.

COLLEGIUM. PORTVENSE

AD TEMPLUM (cuius ornatus est auctus amicorum beneficentia), magna hominum frequentia, nobilitate prælucente: fructus non exiguus. Maurus captiuus gratiosus apud omnes, ad

M m 4 fidem



fidem a nostris institutus, ab Episcopo, salutaribus  
 etus aqua, susceptus ab orbis militia. Profecit  
 summa ciuitatem latitiaperfudit. Vnde cum in  
 tes, quos tum primum metos, qua eos pepererant  
 perimere cogitarent, quod eas moueret, magis in  
 mia metus, quam amor prolis, presentis exitu repulsi,  
 & ad nutricarium alijs dati. Plus triginta annis  
 te aberrante, rectum iter inspicere ceperunt. Mo  
 nachus a claustris ad secularem militiam transiit  
 sus, sanior consilio ad claustra reuertit. Triginta  
 sex sedat discordia. Vir, quem alius excussus palam  
 rat palam, in templo, in maioribus sacrificijs more  
 hebdomadae, multis spectantibus, nec accusari  
 puni, quin etiam remisit iniuriam, eum, qui  
 uer, in Collegio nostro beneuole complexus  
 nam Hispanum Lusitanus Madridi, in  
 ri, adlegatus fuit vnus e nostris ad pacem tentandam  
 in difficile videbatur impetrare a matre  
 ima, a fratribus affectis iniuria. Sed nihil est  
 le viro ad Dei obsequium, & ad proximorum  
 tem laboranti, res transacta ex animi sententia. Do  
 cem, quos insanus dolor ad voluntatem mortis ab  
 xerat, melius sperare iussi. Viri quattuor, qui  
 rem singuli suam habebant in contubernio, e quibus  
 susceperant liberos, ut uxores viderentur, cum  
 non essent, veterem consuetudinem, matrimonium  
 dere correxerunt. Multae aris restitutiones factae  
 que, ut minutas prateream, ab uno sex aureorum  
 liu, quorum fides male ambulabat. Vicinū pestis  
 dum inuaserat: in magno timore terroreque, omnia  
 n. s. r. i. s.



nostris flagitantibus Pater Rector in Senatū venit ad illud opus nostrorum operam offert. Gratia ei a Senatoribus acta verbis amplissimis. Ceterum, nostrorum vita non videbatur temere projicienda: quæ ad res grauioris momenti ipsimet ciuitati erat vtilior futura. fuit huc Regia nomine missus Senator vnus quasi morum censor, & officiorum quæsitō. qui cum recte habere omnia comperisset, nostrorumq. ad id non parum valuisse industriam: ea de nobis dixit multis approbantibus, quæ nos sine pudore audire nō possemus. Iucundum etiam Præfecto vrbano, ipsiq. Episcopo, toti denique ciuitati fuit, redisse concordiam in Cænobium sacrarum virginum, vnde quindecim ab hinc annis ita exulabat, vt nec primores vrbis, nec Episcopus, quamuis misceret precibus iracundiam, reducere potuerint. At noster sacerdos suscepto negotio, sepe in Quadragesima ad eas sermonem habendo, eundem locum sapius vrgendo, tantum effecit, Deo adiuuante, vt emollirentur tandem animi, excussiq. iurgij femineæ iræ osculis & lacrimis finirentur.

BRACHARENSE. COLLEGIVM

**N**ONGENTI discipuli in litterarum studia ac virtutum pari ardore mentis incumbunt. Sodalitas Virginis magnos effecit processus & Pontificis Maximi indulgentia, perscripta publicis litteris: quæ fuerunt pia supplicatione, honestaq. pompa excepta, ac deinceps peruulgata. Duo inter ceteros, quorum grauissima erant odia, magna nobiliū



lium, qui id saepe tentauerant, admiratione, reconciliati. Duas inter familias clarissimas, cum iam inter se non odijs pugnarent, sed armis, his e manibus extortis, illis extinctis, pax per sancto cū fœdere, stabilita. A duobus duo aureorum millia reddita. Inopidius quidam homo atque impudens, qui honoribus literarum opibusq. abundans, propter flagitiosam vitam magis apud omnes flagrabat infamia, cepit tandem, post triginta videlicet annos, pudoris habere rationem, factus est frugi. Pellicem alter, etsi propinquo volumantibus, quod inferiore esset gradu, uxorem duxit. Castitatem earum feminarum, quæ nostrum tempus frequentant, ex his paucis inspexeris. Una adigebatur ad flagitium metu mortis: altera spe pauperum impulsanda. sed & mortem illa praoptare selet. hæc perpetuam inopiam, Diuinæ offensæ. Alia quædam matrona cum in eas adducta esset angustias, ut culpam subitura videretur, vel infamiam, ex viua euasit: atroci enim vultu, toruoq. supercilio, sollicitudinem despexit: a quo etiam male accepta vulnere fere vsque ad necem. Irascebatur ei deinde mortem non criminis causa, sed suspitione: hic autem in inferam incendebat dolor, ut grauius de se aliquid tueret. sed placatus tandem ille nostrorum precibus se uxori reddidit, reddiq. sibi uxore est passus. Agri iam agentesq. animam nostrorum auxilio libentius vtuntur. sublata nempe opinione, quæ solent in multis, raro eos reddi sanitati, a quorum confessionibus socij fuissent. Quo in genere magna conciliata beneuolentia e studio, quod est. Aru-  
piscopi



piscopo moribundo impensum: quem scilicet desertum  
a suis, metu contagij, omniq. ope humana destitutum,  
nostri sunt extremo officio prosecuti. eas ob res atque  
alias, quas scribere supersedeo, vno ore omnes omnia  
nobis bona dicere, & precari Deum, vt cuncta a no-  
stris mala arceantur. Quod nuper factum est Diuino  
beneficio. Quod sic prorsus vti accepi e rerum capi-  
tibus e Lusitania trāmissis (est enim subtiliter atque  
elegantē scriptum) reddere constitui. Collegium de  
caelo tactum, Diuina ope stetit. Natali Christi die ho-  
ris antemeridianis cū pluuia grandineq. crebescēte,  
ingenti sono calum streperet, inter ingentes fragores  
confictu nubium elisus ignis. Collegij turrim quin-  
que tabularum, editissimum vrbis ædificium, gra-  
uiter vulnerauit: primū decusso euersoq. fastigio ara  
campanarum, saxaq. inusitata magnitudinis quoquo ver-  
sus late distecit: deinde fœda ruentium lapidum stra-  
ge, intra quidem patefecit, comminuitq. contignatio-  
nes, vbi aliqui e nostris habitabant: extrinsecus ve-  
ro murum turris a pinnis ad fundamentum vsque  
horribili sulco aperuit, labefactata etiam, porta vr-  
banæ, quæ suberat concameratione. In omnes partes  
volantium lapidum fragmenta, flammæq. ac præci-  
pue in Collegium, cubiculorū tectis fœde dissipatis,  
seuierunt. Quominus vero nostri aut fulminati, aut  
certe saxis obruti, miserabiliter interierint, miseri-  
cors prouidit Deus. Sacerdotes in templo procuran-  
da rei Diuinæ, confessionibusq. excipiendis: reliqui  
socij in Sacello ad cunas Christi orationi vacabant:

uterque



uterque locus a turri procul abest. Illa etiam res accidit digna litteris. In adificata turri est tecta ambulatione, qua e Collegio patet transitus in Gymnasium: in altero ambulationis pariete est fornix cinctus columnis, ubi in strato e tabulis visitur perelegans Virginis Deiparæ simulacrum, quod eo die vestibus auro gemmisq. intextis splendebat. In hanc maxime partem, saxorum, fulminisq. vis incubuit: maior ambulationis pars lapidum pondere, flammisq. ad terram afflictæ, stratum e tabulis minutatim disceptum, columnæ ambustæ, comminutæq. ingentes lapidæ amplius quindecim ad pedes Virginis ceciderunt. Inter ruinas ac flammæ persistit incolume simulacrum ita ut ne vestibus quidem minima ignis, alterius rei nota fuerit iniusta. Exterrita fragoribus volens quorsum flammæ euaderent sollicita, acerrimo Collegium ad ferendam perditis rebus opem: cum præter spem socios saluos & incolumes, integrum Virginis simulacrum videret: tunc vero obortis lacrimis edere clamores lætitiæ indices, beneficam in rebus vari Numinis providentiam, veneranda, intueretur. Virginis effigie animum oculosq. explere.

COLLEGIUM. BRIGANTINUM

**M**AGNA PARS EORUM, que hic gesta sunt, in sedandis Brigantinorum convulsis spectata est: ea viginti plures fuerunt, et plerumque inter parentes, liberosq. homines denique naturali necessitudine coniunctos. Vir, qui scloppum ad in-



mici eadem instruxerat, interfuit concioni vnus e nostris: et repente ita percussus est, vt vltro eum adierit, quem sublatum volebat, veniamq. ab illo suppliciter petens, non nisi ea impetrata disceserit. Adolescentes nobiles duo sese per epistolas ad certamen prouocauerant, iamq. vterque habebat comparatam manum: obstitit ambobus vnus e nostris, & pacis auctor fuit. Paulo longius alij duo in iracundia processerant: iam enim animis parati atque armis pergebant ad destinatum pugnae locum: interuenerunt in tempore nostri, sedumq. consilium rato foedere diremerunt. Frater a germano fratre fuste percussus, atque (id quod fuit notabile) in magna hominum frequentia: tantam iniuriam posthabuit Christianae caritati, suum amicissime fratrem in templo nostro complexus. Nobiles viri duo, qui auaras inimicitias acerrime persequebantur, fecerunt pacem: quam publicis etiam testatam litteris, quo esset firmiter, extare voluerunt. Mortes aliquae impeditae. Vnus uenenum potioni alterius affuderat, quo paulatim irrepente, sensim contabesceret: rem deinde detulit ad nostros, ex quo eius sententia procuratum medicamen, quo infringere tur ueneni violentia. Mulier, quam uis hominum uiduam fecerat, ad imitandam Christi patientiam, quam e concione didicerat, recentem mariti necem Deo condonauit. Sed haec opinione fortassis, quam re leuiores, si praesertim cum duobus capitibus conferantur, quae statim adijciam. Inter Magistratus Ducis Brigantini, cui haec urbs paret, Regiosq. administrat, orta seditio, grauem minabatur ciuitati calamitatem, nisi ipsius iniuriam ne glisce-



glifceret latius, nostri interuenissent. In Senatu, de his  
 de rebus publicis disceptabatur a ciuibus. cum meo  
 in varias partes differeretur, ac forte iurgia incalid  
 sent, Senator vnus verbo alios perstrinxit. quod cum  
 ipsi non ferrent insolentes contumelia, conuenerunt  
 e subsellijs, non consilio amplius, sed ferro reme-  
 bant. affuit opportune Magistratus, qui alijs iroga-  
 do multam, alios conijciendo in vincula, corroborata  
 rixam a gre compescuit. res tulit, vt nostri improba-  
 tes rerum, in Senatum sub idem tempus uentura in  
 medium incendium: itaque singulos aduendo, iram  
 mitigando, omnes flectendo, effecerunt, vt dissipatio-  
 rum conuenirent, carcere laxato a Magistratibus  
 multaq. remissa. nec mora, reditum ad interuallum  
 deliberationem, eaq. breui ad exitum peruenit.  
 Nec Brigantia modo ea res feliciter cessit, sed  
 & Miranda, qua vrbs est dioceseos caput. quae  
 cum Episcopi missu ad Quadragesimam isset festus  
 dos vnus, domesticis incensam illam odij, animo  
 ciuilibus, non difficile pacauit. quamquam & iterum  
 in eadem urbem itum est, et Canonici, Decanusq. in  
 conciliati. et vero etiam tertio. qua professione pro-  
 datum & constitutum sacrarum Canonibus virginum  
 qua in re fuit, multis uidelicet repugnantibus, egregie  
 laborandum. Magna autem est Episcopi Mirandensis  
 pietas, humanitas magna. Declarauit eas cum alio  
 saepe, tum his maxime annis, cum festum diem, quem  
 qui sunt e Sodalitio Deiparae Virginis sollempniter ce-  
 lebrant, apud nos peramanter egit, & postmodum eam  
 diei, praemiorum, qua suo emerat are, distributioni  
 interfuit.



interfuit. Sodalium vero haud facile dictu est, quanta sit religio, quanta ad castigationem corporis propensio. His non cedunt, quantum quidem per tenebram atarulam possunt, pueri elementarij: quorum ea est institutio, is ardor ad pietatem, ut si quem iurare temere in circulis animaduverterint, iniiciat sese recunda gravitate in medios, atque id, ut ne faciat, positus in terra genibus, per Deum obtestentur. quod cum quidam opportune egisset cum viro patricio, eumq. orasset ut in penam iacta vocis, semel salutationem recitaret Angelicam, fecit patricius pie quod monebatur: quin & miratus altam indolem pueri, gratias illi egit: cui deinde pecuniolam, qua esset index grati animi, sponte donavit.

FVNCALENSE. COLLEGIVM

**R**ES TANTVM posterioris anni his litteris comprehendam, quod reru capita prioris, infestum, credo, cum esset praeonibus mare, vel transmissa non sunt, uel fuerunt intercepta. Diebus Veneris, in Quadragesima, concio de Christi Domini cruciatibus, magno cum audientiu doloris sensu fructuq. habita. Vir facinorosus cum ad amorem virtutis vi esset concionum adductus, professus est se cessuru omnibus rebus suis, si exploratam spem habuisset aeternae salutis. Patricius quidam per flagitia infamis recepit se tandem ad poenitentiam: ipseque cum familia apud nos sacrosancta mysteria obit. Alius, qui cum tribus se mulieribus illicito matrimonio coniunxerat,



xerat, ad primam se legitime contulit, aliis voce  
iussis. Vnus item, atque alter, quam gravem accipie-  
rant ab inimicis iniuriam, nec citra sanguinem ig-  
scere, quam vlicisci maluerunt. Non leni certamine  
animorum exarserant primores civitatis duo, im-  
gnumq. timebatur incendium: sed quienerunt tamen  
ira, sacerdotis occursu. Fracta clavis furtiva, quae  
per multos annos opulentam domum impune spoliorum.  
Virgo nobilis importunum ab se amatorem alapa per-  
cussu deturbatumq. precipitem e scalarum gradibus  
magno animo depulit. Mulieres duae, quibus impiet-  
ta mens erat scelerum conscientia, nulli religionis  
ducebant ad caeleste convivium accedere. Sed tamen  
altera odore sulfuris a sancta absterrebat, altera  
videbatur Hostia per modum indignantis in sacra  
pyxidem abscedere. Vtraque ad nos recurrit, et  
scelere liberata, et sacra mensa dignata est. Vnde  
quoque civium erga nos beneficentia. Donata  
intertexta auro ad conuestiendum tabernaculum  
aliaq. opere Damasceno ad ornandum suggestum  
praeterea aurei ducenti.

## ANGRENSE. COLLEGIUM

**R**EVOCATAE priore anno schola, quae  
prioribus nostrorum discessu, fuerant inter-  
missa, preparationem ad eas adhibuit oratio, im-  
magna civium frequentia, cui et Episcopus interfuit, qui  
etiam hoc voluit, ut postremo mense praemia de clamo-  
ratione in speciem dialogi, darentur praemia diligentibus  
vobis



ribus, sua ipsius impensa. quod factum mirum quantum exacuit puerorum diligentiam. est autem Episcopus nostri amantissimus, ad nos adit frequenter, & nostrorum opera libentissime utitur. Par prope Regiarum Praefecti cohortium erga nos amor & beneuolentia. Ceterum cum Episcopum inter Regiumq. Magistratum de iurisdictione exitisset controuersia (quae res superioribus annis damno fuerat, quam periculo propior) eoq. altercatio progressa esset, ut nonnulli ex Episcopi familiaribus in carcerem abriperentur, nostrorum interuentu lis stetit. et tandem Regis iussu nonnihil seculari Magistratu de summo iure remittente, composita. Superiore anno accidit res quaedam admirabilis, ei persimilis, quae ante, proximo acciderat. Aleator quidam miles, male cedente ludo, crumenam. verterat: quam iacturam ubi persensit, ad diras conuersus, cacodemonem contentissima voce insanus appellat. et ad socios. Num quis quid ad principem Satanam? Vocatus ille affuit, truci (videlicet ipsi soli visus) aspectu. Tum excussa homini audacia: consternatus enim subito, ac pæne exanimis cadit. accititur propere vnus e nostris: trepidantis confessionem exaudit. monstrum in praesens concedit: rursus redeunti domum sese offert, manus iniectans, suamq. se praedam dictitans, in infernum carcerem abducturum. enimvero ille contremiscere, quibusq. potest vocibus, Dei Matrem inuocare. Perducitur interea a comitibus in Sacellum Virginis, superioris anni inclytum miraculo: ubi rursus cum repentina corruisset formidine, iterat confessionem: atque omni tandem periculo

N n libera-



liberatus, ipse sibi exemplū ad morū & vitæ emula-  
 tionem fuit. Puellæ duæ non obscure loco natae  
 Deo se consecrarent, ad Cœnobium affectabant  
 sed claudibat inopia. illud ijs patefecerunt rogatione  
 rogata ab eorum propinquis pecunia. quod sibi  
 dem ita prouiderunt, vt eorum unus nostri inuenerit  
 plum terat, qui eius antea limen ne attingeret  
 Vxor cuiusdam cum sibi ante oculos addidit  
 cem ferre non posset, venenum cogitabat. In quibus  
 tadio vitæ, & desperatione venia, ob perpetrata  
 conscientiam scelerum, per abruptā venam sanguis  
 fundens, mortem sibi properabat: vtrique in remp-  
 re subuentum. fractæ clauis adulterinae dux, qua  
 multa facinora viam aperiebant. Cum naves por-  
 nauium, quæ soluunt ex ora Aethiopica, in hoc  
 tum appellatur cum captiuis Aethiopicis, multos  
 Christianis adsunt morientibus, Ethnicosq. Christianis  
 fide imbuunt, quam suscipere nonnulli. quamquam  
 steriore anno cum exposita essent mansipia, com-  
 quadam morborum passim grassante, haud parua  
 negotij fuit in eorum corporibus animisq. curanda.

## SEDES. ANGOLANA

**E**TSI PROPTER caliditatem, qui Angola versantur, valetudinem inter-  
 desiderant habilem labori: eam tamen confirmat  
 tas animi, & proferendæ tuendæq. cupiditas. Chris-  
 nae religionis ita & Lusitanis Aethiopicisq. per  
 persepe nauatur. nam, vt liceat de præteritis reser-



ri, duodecimus, haud multo amplius, annus est, cum  
Oloandā e Lusitania tennere nostri, in insulam multipli-  
ci superstitioni deditā, veriq. Numinis, ac recti pror-  
sus ignaram: nunc Diuino beneficio Christi colentem:  
quem & in agro excitatis passim Crucibus, & in op-  
pido templis arisq. testantur. Quod dicendum simili-  
ter de Corimba (regio ea est latissima, feraci solo, fre-  
quentibus pagis) deq. toto Angola tractu, eo, qui  
Aethiopum Principibus iam Christianis patet. Ita  
vero sunt Angolan homines Christiana certi reli-  
gionis, ac propositi tenaces, vt cum populis quibusli-  
bet longa maiorum serie ac vetustate firmate aqua-  
ri possint. Res illa potissimum argumento. quod cum  
sit gens maxime in Venerem praeceptis, sic vno viuunt  
contenti toro, vt sint finitimis exemplo. Sacerdos ille  
de nostra Societate, quē anno superiore in Congi Re-  
gnum excurrisse accepimus, quacumque contendit,  
exceptus est a frequentibus hominibus, & lato vultu  
gratulantibus: quorum animos in fide roborabat,  
infantes, & adultos (si qui erant instructi) baptiza-  
bat. hi vero, si eos etiam adnumeres, qui Angola sunt  
baptizati, plus mille fuerunt: plures futuri haud du-  
bie, nisi inimicum nostrorum conatibus, votisq. Ae-  
thiopum, bellum magna mole obstiteret. Nam et si  
Lusitanica virtus conseruissimos Angolanorum dis-  
sipauit, strauitq. exercitus: ea tamen est virorum  
multitudo in Angola Regno, ita continuo deperditas  
redintegrat acies, vt vix amissorum bello damnun-  
sentiantur: et vrgent Regis decreta, qui nemini a mi-  
litia vacationem concedit: detrectantes morte mult-

Nn 2 tat,



tat. Bis hoc anno commissum est praelium, hostes  
 etiam ac repulsi: quin etiam res accidit omnino mirabi-  
 lis. Lusitani erant fere ducenti: federatorum Aethio-  
 pum decem millia sub signis habebant. hoc tantum  
 nus tota sexcenta aduersariorum millia fudit fugavit  
 et, quod alioqui incredibile videatur, in creuita pro-  
 fus victoria. cuius quidem auctor non immerito credi-  
 tur Virgo Sanctissima, quam praecipua quadam divi-  
 tiani Aethiopes observantia verentur. Affirmant  
 opinionem, quod cum magna vis hostium in nobis  
 subsidia, quae tenebant Aethiopes, derepta-  
 riuisset, seq. illi ad Ducem Lusitanum recepissent  
 etis oneribus: etsi vnde ij discesserant, in eodem loco  
 confederunt hostes saepius, vilioresq. omnes facerent  
 (vt est gens gaza audissima) diripuerunt: in qua  
 qua erat abdita sacrosancta effigies Virginis, quam  
 Lusitanus Praetor secum semper in expeditionibus  
 habet, quam flexo veneratur genu quotidie, prae-  
 ne adhibita, inspectante exercitu) salua proprio  
 & integra reperta est: obcaecatis, ut videtur, inter  
 luminibus, ne illud uiderent oculis, quod esset mor-  
 bus attingere nefas. Hac deinde imago in castra  
 lemni pompa reducta, ubi colitur religione maxime  
 eumq. honorem habet, vt ipsius sub umbra praesidio  
 se protegi confidant. Nec vana fides. Certe, post  
 lem illam, atque haud scio an omnibus saeculis  
 quam auditam victoriam, quam nostri de Angulis  
 reportarunt, cum duodecies centena eorum milia pro-  
 fligauerunt exiguo numero: cum forte quidam Lusita-  
 nus ad Regis urbem delatus, quasisset de eius ditione



re exercituum, quid cause fuisset, cur illa multitudi-  
ne prope innumerabili tam paruis copiis cessisset:  
Haud quaquã, inquit ille, Lusitanorum arma metue-  
bamus, quos vel vno spiritu difflare potuissemus: sed  
femina admirabili specie, clarissima effulgens in luce,  
seniorq. eius comes, flammeum vibrans gladium, qui  
conspiciebantur ante signa suspensis medio aere ve-  
stigijs, magnam incutientes spectantibus formidinẽ,  
alienatos terrore animos in fugam dederunt.

HÆC ERANT dudum de rebus Angolanis  
perscripta, cum addi quadam placuit, sero scilicet  
allata, quae posteriore anno acciderunt. Res Christia-  
na aucta, neque omnes tamẽ, qui postulabant, ad Bap-  
tismum admissi, ita facto opus, donec imperitent Chri-  
stiani: nempe, firmamentum religionis, fides regnan-  
tium: idq. remedium aduersus sacrificulorum insolentiam.  
Angolanorum sacrificuli, Gangæ vocantur, tan-  
to apud eos in honore, vt ab his salutem omnium pen-  
dere, & rerum conseruationem vulgo arbitrentur.  
Hi pluuias in aere colligere, ac soluere: inopiam fru-  
gũ, siccitate: vbertatem, tempestiuis imbribus præ-  
bere: valetudinem auferre, referre pro arbitrio, mor-  
talibus: in mortem habere potestatem: quia soli no-  
runt venena, eaq. cum libet spargunt: nec minus in ui-  
tam: quia salutare herbas, quaeq. alia vtilia ægrotan-  
tibus: nec vero ea vulgant quasi arcana sacerdotũ: re-  
rum denique Diuinarum conscij, humanarum arbitri  
habentur. et effantur futura. quibus, propter fami-  
liaritatem demonum, qua implicantur, nonnulla ex-  
euentu fides. Etsi non desinit interdum Diuina virtus



aliqua ostendere, quibus elusa impietate multo  
 aliqui vehementius ad pietatem accenduntur. Ita  
 hoc fuit. Lusitanus Dynasta cuidam intulerat bellum  
 tetenderat in terris alterius, quo amico videretur.  
 Magna erat ea tempestate siccitas: sati agrorum  
 postulabant: eum se, & largum quidem, datorem pos-  
 licitus quidam ex eorum ordine, cui calumnia  
 paret, expectatione et cupidine promissi magnam ex-  
 citarat hominum multitudinem. Serena luce ventum  
 in planiciem peramplam, non longe a castris Lusita-  
 norum: e quibus aliquot interfuere miraculo. Proce-  
 dit in medium Ganga cum tintinnabulis, ceterorum  
 strumento. mox ad tripudia, & sollempnem solatio-  
 nem occulta addit murmura, per semibor in tonitru  
 tus supplicationis execranda. Atrox interu-  
 tur nimbus cum plurimo tonitru ac fulgure, flamma  
 iamq; descensuram dixisses. Siles Lusitanus, de  
 rei exitum intenti: letari Aethiopes, & incedit  
 ululatibus suum Gangam extollere: ipse superbi-  
 tam vanitate, iam nimis animis, superbe de se, &  
 Christianis cōceptim loqui: nescius quid calumnia  
 caput moliretur. Nec mora, crebrescente tonitru, pro-  
 re visa omnia, & horribile vibratum cum strepitu  
 fulmen, in maximo tremore omnium, eum vultu  
 percussit, ut fulminei in modum gladij, praefixo capite  
 truncum corpus reliquerit in terra. Quo facto compo-  
 matum est dictum nostrorum, qui illis saepe hominibus  
 eorumq; Domino affirmarūt, aperire pluias & tunc  
 dere, non esse in hominum manu, sed in Dei: ab eo  
 vno in huiusmodi necessitatibus opem petendam.



quitur aliud in re grauiore. Rex Congi Aluarus tum potentia et opibus, tum Christi suscepta religione insignis, decedens e vita eiusdem nominis filium, & Regni, et fidei reliquit heredem. Hic regnandi initio scripsit ad unum e nostris sacerdotem, qui apud toparcham quendam, Lusitanis et indigenis dabat operam, cupere se eum habere vel consiliarium in rebus religionis, vel administrum. idem Lusitanorum significauit Praefectus, & nobiles Lusitani aliquot, qui apud illum uersabantur. iamq. parante iter, Lusitanus Praetor litteras mittit, ad Regem Aluarum perferendas. quibus litteris gratulabatur ei paternam hereditatem: et, si quid sibi ad eam tutandam esset opus, omnes facultates, Lusitani Regis nomine offerebat. Quae Aluaro res, magno, ut modo dicitur, in aduersis adiumento fuit. Nam ut ipse erat non legitimo coniugio, non deerat qui ius faceret successionis incertum. ad eum igitur profectus cum socio sacerdos, & acceptus perhonorifice. Argumento sit, quod cum recepta iam consuetudine Rex non faciat exteris sui copiam, nisi elapsis aliquot diebus, quo angeatur ex interuallo reuerentia: statim atque audiuit de aduentu nostri, eum ex se inuisi, et ad se adduci iussit. Obtulit ei a Lusitano Praetore epistolam, pios deinde aliquot, quos secum tulerat thesauros, sanctorum reliquias, imagines, & orbiculos piaculares. quae omnia Regi gratissima fere. Fere a patris morte ad eum usque diem Aluarus desertus a ciuibus, neglectus a suis, domi se continebat, vel non dans hoc tempore occasionem malis, vel bonorum consensui se reseruans. Vbi compertum amicas



ad Regē litteras ab Lusitanorū Pratore datas, late  
 consecuta mutatio animorum, ut vltro veniens pro-  
 rimi gratantes, & dilata ad id tempus tributa pro-  
 dentes. Interea eius soror, sed tantum ex parte, ali-  
 culum illi struebat insidias; fouebat fratrem elegerat  
 qui peregre aberat: ad hunc Regnum transire co-  
 piebat: tantumq. monitis & auctoritate prohibere  
 ut ille, neminem sperans fore repugnantem, ad vici-  
 cum copijs non magnis intēderit, ea celeritate, ut  
 mul. adesse, et venire nūtiaretur. Non ignotum erat  
 ueni, quod Lusitanus Prator scripsisset, inque Lusitanijs  
 tanis, qui erant Congi, edici imperat, ut ne Aluarus  
 opitulentur, quod si negligerent, iam tum mandata  
 post reportatam (ut facile erat de imparati) pōssent  
 illis eadem, templis arisq. vastationem. Hec con-  
 Aluarus, Deum exercituum, in cuius manu omnia  
 potestates & omnium iura Regnorum ad placitum  
 conuersus, confessione prius & sacra committente  
 operatus munuit animam: orat deinde sacrificiis  
 nostrum, aliosq. ut die postero, quo res mittenda erat  
 in discrimen, is erat kalendarum Sextilium, precibus  
 & sacrificijs victoriam a Deo exposcant. Tunc vixit  
 eidem, cuius spectata fidei prudentieq. multum re-  
 bucat, aurum omne & gazam Regiam committente  
 custodiendam: aut, si quid aliter acciderit, in pro-  
 vsus erogandam. Et, quoniam, siue difficile est in pro-  
 mere que coquuntur in mentibus consilia, ut non ab  
 qua fumus erūpat: siue fraudis humana insinuat  
 suspicio animo: ad aliquos, quorum habebat suspectam  
 fidem, accersitos domum, in hunc modum exorsus est.



Et iura Regni & natura meus peruertit frater, cum  
contra Regem & fratrem exercitum ducat, nec vero  
ita exarsisset, quamuis atate flagrans & cupidine im-  
perij, nisi in hac ipsa vrbe aliqui praberent furoris  
alimenta. intus, intus sunt, & fortasse in hoc cœtu,  
qui pro illo pugnant: ut maior mihi sit cum ciuibus,  
si hoc nomine dicendi qui ciuitatem oppugnant, quam  
cum hoste, quando ita se vult dici frater, futura di-  
micatio. Et vos quidem, mei patris assensu, qui has mi-  
hi moriens conciuuit turbas, in me Principem iurastis:  
vos me nec expetentem, nec cupientem, signarum fu-  
turi, credentem vobis, & rebus presentibus, dignum  
Regno censuistis. siue id, ad parentis memoriam reti-  
nendum, siue timendum fuit. Nunc reperti sunt, qui  
nostri ne odio, & libidine mutationis, an altioribus  
de causis, data immemores fidei, cum maneant corpo-  
ribus intra urbem, extra animis, aduersum nos decer-  
tant. quibus ut toti sint apud hostes, nec animis cor-  
poribusq. distracti. utq. segregentur a bonorum con-  
tactu, liberam do, quocumque velint, abeundi pote-  
statem. Ego quidem non humanis viribus fretus, sed  
Diuino Numine, & equitate causa (etsi non deerit  
etiam Lusitanorum robur inuictum) aut in hac arce,  
Regni, profligato hoste, exactis improbis, iuste regna-  
bo: aut pro illa, si ita Deo erit cordi, fortiter occum-  
bam. Sed illud magis spero: vbi aciem ostendero hosti,  
trepidabit quamuis instructus, infra mortalibus na-  
tura, ut in aduersis qui nimis se abijciunt propter con-  
scientiã imbecillitatis, cõtemnas: qui pressi, aduersus  
pondus nituntur, nec animos demittunt, propter fidu-  
ciam

ciam



ciam uirium admirere. Satis tuto pugnat pro qua  
 Iustitia. Permonit omnes oratio: ita ad Regem  
 accidere multi, veniam orantes, ac pollicentes supe-  
 rioris temporis perfidiam, posterioris fidei correptionem  
 eamque, ut ne amittant, potius spiritum amissuros. Ne-  
 que promissum id iactantius, quam prorsum culta-  
 tius fuit. A pugna enim, quae commissa est postea, uis  
 nemo non vulneratus abscessit: neque id tam uirum  
 hostium, quam fraude suorum, extiterit enim ex uis  
 subornati complures, qui ciues in hostem interosque  
 intelligentes, vulnerarent a tergo, ita & his ignora-  
 tibus quos cauere deberent, minuebantur uires, &  
 animus crescebat aduersarijs. Bis pulsus Regi: his  
 dolore an desperatione redintegrauerant pugnamque  
 extrema patientes audentesque, fluctuabant. Hinc  
 ter, ductor hostium, aeger mora, & spei impatienter,  
 gem unum, qui trahebat certamen, oculis & ro-  
 quirebat: nec diu: conspexit prima acie praehantem  
 nec Regio tantum habitu, sed & sanguine (ia enim ex  
 proditione vulnus acceperat) insignem. in eum igitur  
 nihil timens aut tela, aut igneas glandes, infesto gladio  
 fertur. nec recusata ab altero pugna. Dimicatio erat  
 in specie impar. ille maior corpore & robustior vir-  
 bus, integer, et ferro intactus, iracundia praetera uice-  
 sus, et ferox secundis. Rex, in uina spe nixus, animo quam  
 corpore ualentior. Sustulit mucronem ille, haud  
 minus uno ictu posse rem confici, dextrumque, interea lae-  
 nudum Regi ostendit. hic ferro opponens clypeum (qui  
 in duas sectus est partes, ipse etiam leuiter siue  
 gladio transegit aduersarij corpus, & celestissima  
 mortis



mortis inuenta, ei vitam eripuit. Ex eius interitu il-  
 linc orta fugae, etsi irrita: iam enim obsessis vijs, qua  
 erant transituri, paucis patuit effugium: hinc vero ve-  
 storia. Rex victor sacerdotem nostrum, qui accepto  
 nuntio ad eum gratulabundus exierat, amplexatus,  
 ad Sancti Iacobi primum, dein ad Sancti Antonij, gra-  
 tias Deo acturus, accessit: deinde curauit corpus man-  
 dauitq. vt eo in loco, quo frater interfectus, templi  
 Beatae Virgini poneretur, nec multo post, vt celerius  
 sacra attolleretur moles, eo veniens, vbi lapis cadeba-  
 tur, cum sua cohorte, saxa humeris subuectare, non  
 inferius maiestate sua ratus, exemplo alios incendit.  
 Postridie idem a Regina, eiusq. comitibus, itemq. a Lu-  
 sitanorum nobilitate factitatum. Cum sacerdos dein-  
 de noster orasset abiturum, nec exorasset nisi data spe  
 procurandi redditus, aut alterius submittendi, liberali  
 eum viatico profecurus, mille aureos nummos Oloan-  
 densi Domui, eleemosyna nomine curauit: missoq. edi-  
 cto, cauit per totam ditionem suam, vt ne nostris pro-  
 ferenda studium Christianae religionis sit fraudi: sed eo-  
 rum conatus omnes in toto Regno, quacumque re indi-  
 guerint, gratuitis auxilijs opibusq. adiuentur.